Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Cupressus Exequialis In luctuosissimum quidem sed beatissimum Theologi de Ecclesia Jesu Christi optime meriti obitum, ... Dn. Justi Fewrbornii ... Erecta a quibusdam Discipulis e Cattide ortis

Gissae Hassorum: Typis Chemlinianis, 1656

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn807100307

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn807100307/phys_0001
DFG

b a – F

20 f

F. ff – 1263¹ – 14.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn807100307/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn807100307/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn807100307/phys_0004
DFG

15.

CUPRESSUS EXEQUIALIS

In luctuoſiſſimum quidem ſed beatiſſimum Theologi de Eccleſia JESU Chriſti optimè meriti obitum,

Viri plurimùm Reverendi, Ampliſsimi, Excellentiſſimi,

DN. JUSTI FEWRBORNII

SS. THEOLOGIÆ DOCTORIS

ejuſdemq; in Academia Heſſo-Gieſſena & Marpurgenſi per annos 40. Profeſſoris celeberrimi, Facultatis Theologicæ Senioris venerandi, Paſtoris & Superattendentis Partis Darmſtatto-Marpurgenſis, vigilantiſsimi, meritiſsimi,

Debiti & intemeratì honoris, obſervantiæ & συμπαθείας declarandæ ergò, erga Dn. Præceptorem meritiſsimum

ERECTA

à

quibuſdam Diſcipulis è Cattide ortis.

GISSÆ HASSORUM,

Excuſa Typis CHEMLINIANIS. 1656.

Ff. 1263¹²

QVis non fata ſoli patrii hæc pertriſtia mactet
Flumine largifluo lacrymarum? Funera quis non
FEURBORNI doleat? Non fallor: Caucaſus aſper
Hunc genuit, ſua trux illi dedit ubera Tygris.
Ergò meæ lacrumæ cunctorum flectite mentes,
Luctificum in gemitum ut conſortia pectora jungant.
Siſte igitur tu Lane potens, qui murmure littus
Perſtrepis undifluum, ac aſpergine mœnia lambis
Noſtra, fugam tacitè, placidos fluctusq́; retorque:
Vos & Hamadryades molles cohibite choreas:
Aethera cœli vagæ jam non tranate cohortes:
Membra ſed anthracino veſtitu, tempora rhamno,
Et velate comam myrto, date ſigna doloris.
Lugete Aonides, fer ales fingite leſſus,
Lugete & Myſtæ, deplangite, plangite fata
Triſtia, & in veſtris reſonet pia Nenia roſtris.
Plangite vos, quotquot DEFUNCTI Nomina clara
Nôſtis; nobiſcum unanimes conjungite queſtus:
Eheu! Parca ferox parcendi neſcia jûris,
Suſtulit Haſſiaci columen prægrande Lycæi!
Corruit Euſebies Decus, & præfulgida Stella!
Nobile Theîlogiæ Lumen, præclara columna!
Quâ ſuffulta diu non tantùm Patria tellus,
Sed quævis fidei ſinceræ dogmate freta.
Lumen erat, ſed fulmen erat fidei hoſtibus ipſis.
Vir pietatis amans, Athletaq́; pectore forti.
Quanto judicio monſtroſa ſophiſmata Cingli
Auſonidumq́; ſtrophas detexit mente modeſtâ!

Teſtes

Teſtes tot libri, queîs doctus gaudet ubique,
Teſtis Marpurgum, *teſtatur & Incluta* Gieſsa.
Aſt hæc quid memorâſſe juvat. cùm gratia nulla
Parcis, *quæ rapiunt, quod cunctis utile terris.*
Proh! jam exangue jacet mortis ſicilice peremtum
Corpus FEVVRBORNI! *& molli* Libitina *grabato*
Apparat exequias, cineri dans juſta ſepulto.
Vixit; quis neſcit? vixit FEVVRBORNIUS: *Ecce*
Corpore non ſupereſt, ſed fama laude perenni,
Cui cippum hunc virtus intermoritura paravit.

debitæ obſervantiæ & condolentiæ
conteſtandæ ergò appoſ.

M. Joh. Juſtus Piſtorius.

VEra loquor, nec vana fero, ſi funeris ergò
Unquam flere licet, jam lacrymare decet.
Heu dolor! heu lacrymæ! FEURBORNIUS occidit, eheu!
Gloria *Theiologûm* morte peremta jacet?
Occidit Haſſiaci non parva columna Lycæi,
Occidit & Patrii gloria magna Soli.
Occidit aſtutos fortiſſimus Hector in hoſtes,
Qui verè Hectoreo robore geſſit opus.
Hinc *Schola* flet, *proles*, flet *Chriſti Eccleſia Sponſa,*
Cattiades Muſæ flent quatiuntque caput.
Luctibus at noſtris non eſt revocabilis iſte,
Qui ſede æthereâ gaudet habere locum.
Is vitæ laudisq; ſatur mortale reliquit
Corpus, & aurati regna ſoli petiit.

Debita condolentia ergò erga meritiſſimum ſuum
Præceptorem lugens appoſ.

Philippus Hirzvvigius.

FEVVRBORNI *cineres marmora contegunt,*
Urna & relliquias continet hæc pias.
Sed nullo pietas *modo*
Nec Doctrina *poteſt tegi.*
Namque hæc tuta manent à ſtimulis Clothûs,
Quæ parcendi aliâs neſcia juris eſt.
Hinc & judicio ſine
Humanum omne genus rapit.
Hoc eſt, quod lacrymis Haſsia *publicis,*
Hoc, quod plangit & hæc Teutonis *integra,*
Splendor Pierii chori
Et terræ patriæ occidit.
Aſt vitæ ſatur ac inclytæ adoreæ
Linquit membra ſolo, regna Poli petit,
Terram Nomine, *cœlica*
Sed felix Animâ *incolit.*

Johann Nicolaus Vigelius.

FINIS.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn807100307/phys_0009
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn807100307/phys_0010

Fr. Reppien,
Buchbinder
in
ROSTOCK
bey der Marien-Kirche.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn807100307/phys_0011
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn807100307/phys_0012
DFG

ul ſi properam gemis
ilem tempore languidi
erat, natio dum gemit
us Gweſtphala Gens geme!

uoq; obitum Beatiſſimi Dn. D. FEUR-
BORNII luxit

GEORG. Grevel *Suſatô-Gweſtph.*

XI.

ſem tanto pro funere verſum
el triſtes exprimere hîc lacrymas!
id enim vel triſtius unquam
uæ res triſtior eſſe poteſt:
nomento ſuſtulit uno
itâ Neſtoris ipſe fuit:
DOCTOR FEWRBORNIUS, eheu!
mper nobilis ingenio,
ſtus, tumulus tua membra reſervat
nus luxerit orbe dies.

Lugebundus fecit

Johannes Fridericus Arcularius,
Waldecco-Weſtphalus.

XII.

n dirum & miſerabile lethum
obis pulchra corona virûm
ns DOCTOR FEWRBORNIUS Eheu!
rum relligionis erat Pa.